ter mea quid dixerim quid me  
genuisti filium amaritudinis  
7 doloris. Jere. ix. Quis ergo  
dat capiti meo aquam et occu  
lis meis fontem lacrimarū vt  
fleam miserabilem hūane con  
ditionis ingressum. culpabilez  
pgressum damnabilem disso  
lutionis egressum. Considero  
cūz lachrimis de quo fact⁹ est  
homo. Quid faciat hō quid fu  
turus sit homo format⁹ est de  
terra. cōceptus in culpa. nat⁹  
ad penam. agit p̄aua: turpla:  
vana: sit cibus ignis: esca ver  
mis: vas putredinis. Consi  
dera o homo quid: es quid fa  
cis: quo vadis: quid futurus:  
es Quid es Innocenti⁹ de vi  
li humane cōditionis. Arren

# De Nascentibus.

de quo cibo conceptus de im-  
mūdo semine nutrit in vtero  
pfectis sanguine menstruo q̄  
cessat in seia post pceptum vt  
ex eo cōceptus nutritur qui  
fertur esse tā detestabilis et im-  
mūdus vt ex eius cōtactu fru-  
ges non germinēt. arescant ar-  
buste. moriantur herbe amit-  
tunt arbores fetus. si canes in-  
de comederint in rabiem effe-  
runt. Ecce q̄ nobilis es o ho-  
mo secundū corpus. Dicit vl-  
terius. Innocentius. Et gene-  
raliter om̄es nascimur sine sci-  
entia. sine verbo. sine virtute.  
flebiles. debiles. et imbecilles  
paruz a brutis distantes ymo-  
minus in multis habētes. illi  
statim gradiuntur. homo nec  
manibus reptare valet. Berū  
in quodam sermone loquens  
de miseria hominis d̄t. In sor-  
dibus generamur. in tenebris  
cōfouemur. in doloribus par-  
turimur. ante exitum miseras  
oneram⁹ matres in. exitu mo-  
re viperes laceramus primā  
voce. plorando edim⁹ vt po-  
te vallem plorationis ingressi  
Homo anteq̄ loquitur pphe-  
tat suam calamitatem euz plo-  
ratu. ingrediens hunc mundū  
plorat miseras sibi futras  
De solo. Soraste d̄t augul. q̄  
pumus rex fuit bragmanoruz

q̄ risit duz natus esset. hic ma-  
gicas artes inuenit. et a. Hi-  
no rege q̄ edificauit niniuē ci-  
uitatē magnam filio belli vic-  
tus est qui libros eius pbussit  
Cōsidera homo vbi es in val-  
le lacrimarum hic in mūdo de  
quo dicit. Hiero. vt refert eu-  
sebius. Nemo potest gaudere  
cum mundo et regnare cum  
x̄po quia vallis est non leticie  
sed lachrimarū. Ideo dñs d̄t  
in euāgelio luce. vi. **Ue vobis**  
q̄ ridetis q̄ flebitis. Cōside-  
ra quid facis. peccata multa.  
bona pauca aut forte nulla.  
ideo dign⁹ morte eterna Quo-  
vadis ad mortē vtiq̄ non  
eterna. Quid eris cib⁹ ignis  
esca vermis. Vermis eoz ait  
Isa. lv. c. non moriet et ignis  
eoz nō ex tinguūt. vt ergo 7c.

## **Ue uiuentib⁹** Job .xij.

Homo nat⁹ de muliere breui  
uiuēs tempe repletur multis  
miserijs 7c. Si pauper anxi⁹  
diuitias querit. si diues est ti-  
met ne diuitias pdat. si sanus  
iufirmitatez timere habet si in-  
firm⁹ mortē imminere expec-  
tat. si diu uiuit multa peniten-  
da in currit. vndiq̄ miserie si-  
ue vigilet siue dormiat. Et su-  
per hec om̄ia miserrimū est q̄  
mūdū cū suis miserijs diligē-

et delectabiliter inhabitat. **Q**uando autem si sic deligeris a tuis sal  
 lax et transitorius quoniam te di-  
 ligerent si verax esses et prope-  
 tuus. **B**re ego. in omne. **V**idetur  
 autem qui diligitur fugit. sancti.  
 ad quorum tumbarum consistimus flo-  
 rentem mundum mentis despectu  
 calcaverunt. erat tunc vita lon-  
 ga salus continua. opulencia in  
 rebus fecunditas in prosperitate. tran-  
 quillitas in diuturna pace. et  
 tamen cum in se ipso iam floreret et  
 mundus. in cordibus eorum arue-  
 rat. sed iam mundus in se ipso  
 aridus est et tamen in cordibus non  
 floruit. vndeque percutimur.  
 vndeque amaritudines cum tota  
 mente carnalis concupiscentie  
 eius amaritudinem amamus  
 fugientes sequimur. labenti in-  
 heremus. **S**ed quia ipsum te-  
 nere non possumus simul cum ipso  
 labimur. **H**ec gregorio. **A**ugustinus.  
 in libello de vanitatibus seculi  
 dicit. **D**iem mortis ante oculos  
 semper ponite. ad emendationem  
 quantum potestis festinate. noli-  
 te. negligere quod vos pius dominus  
 peccantes sustinet. quia quan-  
 to diutius expectat ut emende-  
 tis tanto grauius iudicabit si  
 neglexeritis. **S**i forte putas quod  
 finis mundi tardius veniat vel  
 suum vnusquisque consideret finem  
 Ecce dum libenter et iocundissime

moratur homo in mundo multa que  
 disponit in longa tempore repente  
 rapit in morte. ex improviso au-  
 fertur a corpore memento igitur  
 quod in medio laqueorum diaboli am-  
 bulatis. ideo semper pati estote  
 non arbitramini vos diu in hoc  
 mundo mansuros. quia domini pre-  
 cepto nec vnus horum est spacium  
 secure concedit in hac vita con-  
 sistere. **N**olite ergo mundum di-  
 ligere quem cernitis tanta ve-  
 locitate transire. sed vitam eter-  
 nam ex precoribus vestris ama-  
 te. illuc festinate vbi semper vi-  
 uitis et vbi mori nunquam timea-  
 tis. **S**i enim sic amatis istam mi-  
 seram fluidamque vitam vbi cum  
 tanto labore viuitis vitam sata-  
 gendo necessarijs corporis satis-  
 facitis. quanto magis amare  
 debitis vitam eternam vbi nul-  
 lum laborum sustinebitis. vbi sem-  
 per summa securitas. summa  
 felicitas. summa libertas vbi  
 impletur id quod dominus in euan-  
 gelio dicit. Fulgebunt iusti sicut  
 sol in regno patris sui **Q**ualis  
 putatis tunc erit splendor anima-  
 rum quam solis claritate habebit  
 lux corporum **Q**uanta erit eis  
 confusio que hec omnia amiserunt ad  
 quos dominus dicit **E**go te homo de  
 terre limo manibus meis forma-  
 ui et in padisum quod non damp-  
 naberis collocaui. sed tu iusta

# De Morientibus

mea cōtemnens deceptor: es se  
qui maluisti vnde iuste dāna  
tus es postea misertus tui car  
nem assumisti in terris inter pec  
catores habitasti. cōtūmēlias  
et verbera p te sustinui. vice e  
riperē. crucem et mortē p tuli.  
vt tu viueres bec omia p te su  
stinui. Ampliora qd vobis fa  
cere debui et non feci. Dicite  
mibi qd passi estis pter me vl'  
qd boni egistis p vobis. Ecce  
mō nō pōt iusticia mea abindi  
care nūl q merētur opa vestra  
ergo qd ipsi elegistis tenere.  
Cōtempistis lucez possidete  
tenebras amastis mortē ite in  
pditionē. Secuti estis diabo  
lum ite cū ipso in ignez eternū  
nunq̄ lucem visuri nec refrige  
rium adepturi. vbi nec q̄ tor  
quet aliquando fatigatur nec  
qui torquetur aliquādo morie  
tur bec. Augusti. vt ergo viuē  
tib⁹ in mūdo. Nō de his loqr̄  
auozū cōuersatio in celis est.

## De Morientib⁹

Notandus q̄ quadruplex est  
mors scz gracie culpe iebēne z  
nature. Mors gracie bona ē  
quia. Beati mortui q̄ in dño  
moriunt. Vñ applūs ad. Col  
lo. iij. Mors estis et vita ve  
stra abscondita est cūz christo  
Mors culpe mala est. Ezech.

xviij. Anima q̄ peccauerit mo  
rietur. Glo. ordi nō abolitiōe  
substantie sed ab ea remota q̄  
d̄t Ego sum vīa veritas et vi  
ta Sicut em̄ anīa est vita cor  
pis ita deus est vita anīe. Ja  
cobi. i. Cōcupiscentia cū p̄ce  
pit parit pctm cū cōsumatū fu  
erit generat mortem. De eis q̄  
moriunt hac morte. Mors ier  
henne est pessima. de hac dicit  
Job. apoca. xxi. Timidis. cru  
delibus. homicidis. adulteris  
sonicatoribus. veneficis. ydo  
latriis. et omnib⁹ mendacibus  
ps illoz erit in stagno ardēte  
igne z sulphure. Bec est mors  
scōa. Prima sepat animaz et  
corp⁹ Scōa hoīez totū a deo  
Gregor. Erit miserio mors si  
ne morte. finis sine. fine. defec  
tus sine defectu. Nā mors sp̄  
riuit. et finis semp incipit. et  
defect⁹ deficere nescit. De mo  
rientibus hac morte. Alia est  
mors nature omnib⁹ p̄mūnis  
bonis et malis. de hac loquit̄  
sapiens. Eccl̄s. xli. O mors q̄  
amara est memoria tua homo  
ni iniusto et pacē bñti in sub  
stancijs suis cuius vie directe  
sunt in omnib⁹ et adhuc valen  
ti cape abū. De hac morte la  
ci⁹ loquamur. Mors nature  
seu naturalis semp pata est.  
Eccl̄i. xiiij. Fili mi si habes bñ



fac tecuz et dño dignas offert oblatiões scito qm̄ mors non tardabit. Scdo festinat et in p̄meditate venit. Eccī. v. Fili mi ne tardes cōuerti ad dñm nec differas de die in diē subitō em̄ venit scito qm̄ mors nō tardabit. Tertio nemo pōt ei resistere. Eccī. viij. Nō est in prāte hoīs phibere sp̄m̄ Sigātes fortissimi. reges potentissimi morantū sūt. Quarto. Nihil p̄mittit hoīez secū portare p̄s. Dormierūt somnū suū ⁊ nihil inue ⁊c. De hac hora mortis loquit. Jero. in hūc modū vt refert Eusebi⁹. Neū q̄t nauigan tū p̄ h̄ mare magnū et spatio suz in q̄ tot sūt genera inimicorū fm̄ cuiuslibet virū quātitatē colluctācia vbi post mlta nagi gandi felicitates post multas victorias iā currēs finē accipe optatū aliqua suggestiōe dya boli in hac hora ad laqueū p̄ditōes sue indiscretiōis puenerūt Neū q̄t in hac hora vnico p̄cti consensu dira mors imminet et ruina. Grego. sup̄ illud. Lucē. xix. Circūdabūt te inimici tui vallo d̄t maligni spūs aiām a corpe ex euntē obsidēt quā in carnis amore positā de ceptorijs delectatiōib⁹ fouēt. Quī eā vallo circūdāt qz arte mētis ei⁹ oculos reducts̄ iniq̄t

tatib⁹ q̄s p̄petrauit hāc societate sue dānatōis cobortāt vt in exitu suo desphēsa a qb⁹ hoīstib⁹ circūdusa sic videat cuz euadēdi aditū nō inueniat. v̄l coāgustabūt te vndiqz qm̄ aīe nō solū opīs verū etiā locutōnis atqz cogitatōis iniq̄tates replicāt vt q̄ se prius p̄ multa dilatauit in scelere i extremis de om̄ib⁹ angusties in retribuētib⁹. Nō em̄ microcosmus. i. minor mūdus inip̄tat. Sicut em̄ ex sn̄ia saluatoris i fine mōdi erit tāta tribulatio qualis nō fuit ab inicto vtz math. xxiiij. Sic in fine mioris mōdi hoc ē in vita in hac hora damnant. Flauis maxīe p̄clitāt cuz ad portū accedit. sic hō cū ad finē vite. Tūc em̄ diabol⁹ omnē suū facit conatū vt cū decipit i aliq̄ p̄cti p̄sensu p̄rio tēptat de fide. Scit enim qz sine fide impossibile ē deo placere ergo immitit cogitatōes fallas ⁊ intricatas de articulis fidei ⁊ de deo. Fides em̄ est fūdamentū oīz aliaz p̄tutū nostraz. Sc̄cūdo tēptat de desperatiōe re ducēs ad mēoria oīa p̄ctā sua q̄ q̄si in volumie colligit. memona ea ostēdēdo. sicut legif de illis trib⁹ viris quos scr̄us Jeronimus. resuscitauit vt scribit. Ciril⁹. Tertio tēptat

# De Htro cordis

In patientia. quia dolor aug-  
mentat et ascendit in cor. Vi-  
dens anima q̄ amplius corp<sup>o</sup>  
vivificare nō pōt omnez sang-  
uinez trahit ad cor. et tūc mē-  
bra efficiuntur glauca et frigi-  
da homo amare nō pōt ꝛc. q̄  
usq; cor suffocat ab eo. Quar-  
to temptat in cōplacencia sui.  
et coronaz diabolus homī p-  
mittit ac si diceret. ex q̄ sanc-  
tus ea. paciens es. multa bo-  
na fecisti magnā habebis mer-  
cedē. Et nititur hoīez induce-  
re in supbiaz spūs ꝛc. Quinta  
est nimia occupatio circa res  
exteriores volens ea ordinare  
et negligit ea q̄ salutis sūt aīe

## E ue ue ha

bitantibus in ter-  
ra Apoca. viij. De  
cimo p̄ triplex re intelligit tri-  
plex peccatum scz oris cordis  
et opis. Ue ergo habitantib<sup>o</sup>  
in terra p̄pter peccatū cordis  
re p̄pter peccatū oris. re p̄pter  
peccatū opis. Ue p̄pter pec-  
catū cordis. Grego. Augusti-  
no angelorū ep̄o. xi. dis. testa-  
mentū dē Tribus mōis cōple-  
tur omne peccatū scz suggestōe de-  
lectatōe. et cōsensu. Sugge-  
stio quippe fit p̄ diaboluz. de-  
lectatio p̄ carnem. cōsensus p̄  
sp̄ritū. Primo serpens culpā

suggestit. Eua velud caro de-  
lectata est. Adam vero velud  
spūs cōsensit. Euz malignus  
spūs peccatū suggerit in men-  
te si nō delectat peccatū non est.  
cum vero caro delectari cepit  
tūc peccatū incipit nasci. Si  
aut̄ ex deliberatōe p̄sentit tūc  
peccatū noscitur p̄fici. In sugge-  
stione semen in delectatōe nu-  
trimentuz. in consensu p̄fectio  
Nullum em̄ peccatū est peccatū  
si non est voluntariuz. xxxij. q.  
v. Sicut em̄. Et non putes p̄-  
nū fore peccatū cordis cuz de-  
peccō veniali dē canon. Unuz  
oratorū. s. criminis. xv. dis.  
q̄ veniale dū placet fit mortale.  
Cogitatōes male secundū  
Raynez in pan. sunt effectiue  
a pp̄ria voluntate. Math. xv.  
de corde exeunt cogitationes  
male. Sed dispositiue sunt a  
diabolo q̄ tales imagines sug-  
gerit intellectui. Beatus tho.  
prima scde. q. lxxij. arti. viij.  
dicit q̄ cōsensus in delectatōe  
nē est mortale. In vitasp̄atū  
ait senex. Nō pugna p̄tra om-  
nes malas cogitatōes sed cō-  
tra illam que caput est. Itē in  
vitasp̄atū. Vestes incluse in  
capsa peribunt diu retente si  
cut serpens inclusus in vastulo  
sic etiā cogitatōes in mente  
si non facta implentur.

**Queritur** Utrum homo merito propter unum peccatum mortale eternaliter damneter. Beat<sup>o</sup> tho. in summa contra gen. li. iij. c. cxi. dicit Qui peccat mortaliter oīno querit in tentio voluntatis eius ab ultimo fine. ideo hec pena eius sequitur ut oīno excludat a psecutione finis illius. Et illi<sup>o</sup> quibus cas assignat ibidē in sequenti capitulo prima post hanc vitā nō remanet hominis facultas ad spiscendi ultimū finē. Sed q̄ moris in peccato mortali p̄ditur ultimū finē ergo eternaliter eo priuatur. Probat maior rem. Quia anima requirit corpus ad meritum. in solo corpore meref. sed postq̄ fuerit a corpore sepata nō redit ad corp<sup>o</sup> ut perfectione acquirat. ergo eternaliter etc. Secūda ratio. Quā aliqua res priuatur aliquo quod est de natura ipsius. nō pōt illud reuocare nisi ipa res resoluatur in primā materiā. Res autē spiritualis ut anima angelus non pōt resolui p corruptionē in aliquā preiacētem materiā ut iterum generentur idē in specie. Si ergo priuatur aliquo quod est de natura ipsius optet q̄ eternaliter maneat talis priuatio. Sed ordo ad vlt

timū finem est de natura ante et angeli. si ergo a tali ordine cadit per aliquam culpam aut penā. talis pena et culpa manet eternaliter. Tertia ratio. Naturalis equitas ē ut vnus quisq̄ priuetur bona p̄tra qd agit. ex hoc eius reddit se tali bono indignum. Inde est qui contra tempus. peccat societate reip̄. priuatur vel per mortem vel per exilium. nec attenditur quāta mora t̄pis fuit in peccando. sed quid sit contra quod peccat. Qui ergo peccat contra eternū bonū d̄z illo eternaliter priuari quibus p̄ua mora sit i q̄ peccauit. Quarta apud diuinū iudicium voluntas pro facto reputat. q̄ ergo propter aliquam t̄pale delectationē auersus fuerit ab ultimo fine q̄ eternaliter fruitur et possidetur p̄posuit illud bonū t̄pale eterno ideo magis voluit frui illo t̄pali bono. ideo fin diuinū iudicium debet puniri ac si eternaliter peccasset. eterno peccato debet eterna pena. Quāto sicut se h̄z p̄mū ad bonos sic se d̄z h̄re pena ad malos in duratione. S̄z p̄mū bonorū p̄ t̄pali seruicio ē eternū ergo et pena malorū debet esse eterna. Ideo d̄z mat. xxv. Ibi h̄z in supplicium eternū. iusti vero etc.

# De pctō oris

**Ue ppter pecca**  
tū oris qñ id qđ cor: de ꝑcepit  
ore loquit ꝛ venenū ꝑceptū in  
alios trāssūdīt. Dñs in euāge  
lio math. xij. ꝛ assumit i Lano  
ne Quociēs. xxij. q. v. De qui  
libet verbo ocioso. optet red  
dere rōez in dietudicij. multo  
magis de verbis malis. in ho  
nestis. detractorijs maledicis  
mēdacijs ꝛ generaliter quicūq;  
qđ aliud loquit aliđ facit. Uñ  
eccl. ij. Ue duplici corde et la  
buis celestis. et manib<sup>9</sup> male  
faciētib<sup>9</sup>. et pctōn terrā ingre  
dienti duabus vijs. Rayner<sup>9</sup>  
de remissioe pctōz. c. v. sic ex  
ponit. ve duplici corde qđ aliđ  
gerūt in corde aliđ in ore. vel  
aliđ in ore aliđ in ope. Uel sic  
Ue duplici corde qui accedit  
ad deū et seruit ei nō ppter de  
um sed ppter comodū tpale si  
cut qđā religiosi. Uel sic Ue  
duplici corde qđ credit ore. cor  
de aut et ope nō credit. Ad ri  
tū. Cōfitemē se nosse deū. facti  
aut negāt. Uel sic. Ue dupli  
ci corde qđ meritū suū dī pctm  
vero ab scōdit Glo. or. eterna  
liter dānabunt nisi peniteant.  
**¶** Sequit pctō: i ingredienti  
duab<sup>9</sup> vijs. Raban<sup>9</sup> in glo.  
duab<sup>9</sup> vijs ingredit terrā qđ fa  
cit mala ꝛ sperat. vel qđ carnis

sectat opa ꝛ putat se sanctifi  
catiōez spūs ꝑficere. vel qui qđ  
ad exteriora gradit viā padit  
ꝛ quo ad interiora viā inferni  
Ore peccat qđ mentit. Jere oc  
cidit aiaz suā pena eius est in  
stagno ardente igne et sulfure.  
Ore peccat qui maledicit. ta  
les amittunt regnū. dei. i. ad  
cho. vi. Neq; maledicti regnū  
dei possidebūt. Maledict<sup>9</sup> sic  
ille qui maledixerit tibi. Ben.  
xxvij. Non deo. Leui. xxiiij.  
Qui blasphemauerit nom dñi  
morte moriat. Nō parētib<sup>9</sup>  
Leui. xx. Qui maledixerit pa  
tri suo aut matri morte moria  
tur. Ore peccat qđ innumurat.  
i. cor. int. x. Neq; murmurauit  
sic sic qđā corꝑ pierūt ab exter  
miatore. s. angelo. xiiij. milia ꝛ  
septingēti vtz nūerū. Aliq;  
ꝑtra aurā aliq; ꝑtra infirmita  
tez ꝛccijs. Ore peccat qđ detra  
hit. primo suo. talis homicida  
est diuino iudicio vtz in. La  
none homicidū de pe. dif. i.  
Detractor tot committit pctā  
mortalia qđ hz audiētes cū de  
trahit illū cui detrahit in cor  
dib<sup>9</sup> illoz de peni. distiuctōe.  
i. Si boni sūt extollūt. si ma  
li gaudēt de socio. Ore peccat  
qđ loquit sba impudica. Sic  
qđaz cū op<sup>9</sup> nō valeāt ꝑficere  
loquūtur sic equi antiq; binnūc

cū ampli<sup>9</sup> nō valēt tales sunt mulieres loq̄ntes aut catātes impudica. Eccl. ix. Lū salta t̄ trice ne sis assidu<sup>9</sup> colloq̄ū ei<sup>9</sup> q̄ si ignis exardescat .i. cho. .xv. Corrūpūt bonos mores colloq̄a p̄ua. Apl̄s ad ephē. v. d̄z h̄ malū stultiloquiū z q̄ talis ē vt d̄t ibidē nō h̄z hereditatē i regno xp̄i. De peccat q̄ fabulas refert aut scurrilijs ora cachi<sup>9</sup> nis dissoluit Talis vt d̄t B: eg. in ome. nō occiosi fm̄dis s̄ cri<sup>9</sup> minositate regule reymē t̄zw raten geben sprich vortpaf.

**De ppter pecca**

tū opis iacob. i. pctm̄ cū cō sumatū fuerit corde. ore opere ḡnat mortē scz aie. qz deū q̄ ē vita aie ab ip̄o excludit. Hoc idē Ezech. xvij. Aia q̄ peccat uerit moriet B̄lo. nō abolitōe substātie s̄ ab eoreōta q̄ d̄t ego sū vita Nota malū pcti mor<sup>9</sup> talis p̄mo execat boiez Sop<sup>9</sup> bone .i. ambulabūt vt ceci qz d̄no peccauerūt glo. oz. qz pdi derūt lumen virtutū. Ibūt vt ceci nō inueniētes locuz p̄niē. Tales dicere p̄nt illō Tobie. v. Quale gaudiā mihi ē qz lūz mē celi. i. xp̄m nō video. Ideo d̄ns ait ioh. xij. Ambulate dū lucēbētis scz innocētā uite ne vos tenebre p̄p̄ bēdāt q̄ ambu

lat in tenebris nescit q̄ vadit. vñ d̄z puer. iij. Uia impioz tenebrosa nesciūt vbi currunt. Scdo oia bona opa mortificat. Ezech. xvij. Si auertit se iustus a iusticia sua z fecerit iniq̄tatez fm̄ oēs abhoiatōes quas opari solz impi<sup>9</sup> nūq̄ viuet. oēs. iniusticias ei<sup>9</sup> q̄s fecerit nō recordabunt i pctō suo moriet Dies forte Ad qd̄ ergo v̄z op<sup>9</sup> bonū i pctō factū Dic nota q̄tuor. p̄mo opa facta in pctō mortali mortua s̄nt. scdo nūq̄ reniuiscūt. tertio aliquo mō p̄ sunt. q̄rto opa facta i caritate mortificata p̄ sequens mortale pctm̄ reniuiscūt p̄ penitētā aut p̄ p̄trōez de ipsis pctis. P̄mo opa sc̄ra in pctō mortali mortua s̄nt p̄mo ideo qz carēt debita opa tōe scz s̄tu temerēdi vltim finē ergo mortua s̄nt Scdo ideo. vita opuz p̄cedit ex vita opant̄. S̄z hō ex̄is in pctō mortali mortuus ē vtz ezech. xvij. ergo nec opa ei<sup>9</sup> viua esse p̄nt. Nec. b. cho. iij. sen. dis. xij. ar. iij. Scdo opa sc̄ra in pctō mortali nūq̄ reniuiscūt. p̄mo ideo. si possēt viuificari essent aliq̄ mō meritoria in potēcia ex hoc seq̄ret q̄ aliquis sine caritate pollet mereri vitaz eternaz quod est p̄tra apostolum. i. corint. xij.

# De pctō operis

Secdo qđ reuiuiscit pri<sup>o</sup> vixit  
vix virtute dictōis. Sed opa  
in peccato mortali nunq̄ vix  
runt ergo nō p̄nt itez reuiuisci  
Tertio opa facta in pctō mor  
tali aliq̄ mō p̄sunt. Primo va  
lent ad colationē bone t̄palis  
August. Nulluz bonū remāct  
irremūeratū. Secdo ad dimi  
nutionem pene eternalis. vñd  
Petrus de hare. sup. iij. sen.  
dis. xiiij. ar. ij. q. i. d̄t qđ nō di  
minuit penā iā debitā pro pri  
stinis peccatis nec qđ ad acer  
bitatem nec quo ad eternitatē  
sed diminunt penaz debendā  
in quam potuisset homo incur  
risse quia ex omissione illorum  
bonorū aliqua mala fierent q̄  
augmentarēt eius penā quod  
sic nō fit. Quarto opa bona fa  
cta in charitate mortificata p̄  
sequens peccatū mortale reui  
uiscunt per penitentiaz. Illud  
pbat. b. Tho. iij. sen. dis. xiiij.  
ar. ij. q. ij. dupliciter. Primo  
sic plus pōt gracia q̄ culpa. &  
culpa mortificat opa bona et  
viva igitur grā p̄nie viuificat  
mortua. Secdo sic. opa facta  
in caritate digna erāt remune  
rationē eterna. sed quia nūc nō  
remunerent. ideo est quia non  
p̄seuerant in gratia. si ergo per  
penitentiam homo resurgit in  
gratiaz dignū est vt opa pus

facta in gratia remunerent et  
go et ipsa reuiuiscunt post con  
tritionē aut p̄nāz. Tertio culo  
pa mortalis animaz instabilē  
facit. vñ Tre. i. Peccatū pec  
cauit ihrlm. i. ania fidelis p̄p̄t  
ea instabilis facta est Blo. or.  
q̄si diceret ania pro pctō infi  
delitatis p̄ diuersa vicia s̄rep  
tatur qđ supra pctā scz xpm nō  
fixit gressus suos. Tales sunt  
equi frenati a diabolo quocūq̄  
q̄s voluerit equitat eos et libē  
ter eū sequūtur. Sic cogitant  
iam semel cōmissisti hoc pctm  
fac frequēter facia appetitum  
quia vna et eadē est confessio.  
Sapiens Fili mi peccasti ne  
aditias iteruz. sed de pristinis  
deprecare vt tibi dimitteret.  
Quarto libertatez collit et ser  
uum facit. Johan. viij. Amen  
dico vobis quia om̄is qui fa  
cit pctm seruus est p̄ci. seru<sup>o</sup>  
aut nō manet in domo interer  
num. filius aut manet in eter  
num vñ Iere. xvi. Seruietis  
d̄is alienis qđ nō dabūt vobis  
requiē nocte ac die. Qui enim  
hic diabolo seruiērūt in culpa  
in futuro seruiēt. i. subiciētur  
eis in pena. Qui aut deo serui  
unt veri filij et liberi erūt Ido  
d̄z iob. primo Quotquot aut  
repperūt eum dedit eis p̄rātez  
filios dei fieri bis qđ credunt in

nomine eius. Quinto faciē dei a vobis auertit. *Iſa. lx.* Ecce nō est abbreviata manus dñi vt ſaluare neq̄at neq̄ aggrauata auris eius vt nō exaudiat. ſed iniquitates veſtre diuiſerunt inter vos et deū. et peccata veſtra abſconderūt faciē eius a vobis ne exaudiret. manus em̄ veſtre pollute ſūt ſanguine labia veſtra locuta ſunt mendacium. lingua veſtra iniquitatē ſat. nō eſt qui inuocat iuſtitiā neq̄ eſt qui iudicet vere. cōceperunt laborez pepererūt iniquitatē telam aranee texerunt &c. *Iſa. i.* Cum extendertis manus veſtras ad orandū auertā faciē meā a vobis et cum multiplicaueritis orōnez nō exaudiat. manus em̄ veſtre ſanguine &c. Sexto animā deformē facit. *Trenoz. iij.* Denigrata eſt ſup carbones facies eoz. p̄t̄ hoc in diabolo q̄ nihil p̄ter culpā habz. bona nature retinuit et tñ adeo difformis eſt vt ſcribit. *Cirillus in li. de miraculis ſancti Hiero.* q̄ niſi penoſi? niſi horribili? eoz aspectu excogitari pōt. potius em̄ quilibet hoīm flāmis ardentibus ſe exponeret arſurū q̄ eoz ſo:marū fetu vni? oculi viſiōe porri? Flora huius exim̄ de nobili adultero qualiter ſo:mam

ſuam pdidit diabolo apparente vt refert *Vincencius.* Septimo animam occidit. *Ezech. xvij.* Anima q̄ peccauerit morietur ymo peccato cōmiſſo iā mortua eſt vt dicit *Jacobi. i.* Taliter mortua eſt quia vitaz gracie pdidit q̄ p̄ſtatō: eſt vita nature. quia vita nature datur eſſe creature in ſe. ſed vita gracie dat eſſe creature in deo Octauo penā damni incurrit q̄ hō eternaliter ſepatur a deo et ab omnibus electis. *Criſoſ.* ſup illud *math. vij.* Excidetur et in ignez mittetur d̄t? Pona: mus añ oculos quāti doloris eſt excludi et p̄ci a regno celorum quia vt mihi videt illud grau? eſt q̄ gebēna. Due ſunt pene. excidi et in ignem mitti. Flouit q̄ plurimi ſolum p̄time ſcunt gebēnaz. ego vero illius amiſſionez gloriā amariuz q̄ iehēna dico ſuppliciu3. res eſt iehēna et horribile ſuppliciu tñ ſimille aliquis ponat iehēnas nihil tale dicitur? eſt quale ab illius luce ppelli et eximi non eſſe cum xp̄o et odio haberi a xp̄o. *Un̄ propheta. Iſa. xxx.* Nō remanebit de fragmentis eius teſta vt parum hauriatur aqua defouea aut portetur igniculus de incendio. aqua miſericordie. ignis amoris *Flora*

# De Dctō in deū

Quantū se glorificat em̄ da  
te illi tormentuz et luctū dupli  
ca te ei duplicia. tormentum in  
corpe luctum in anima. Nota  
exm̄ de illo qui nō fuit ad ho  
ram in purgatorio et putabat  
se fuisse centū annus. Decimo  
infimū locuz pctm̄ mortale in  
xp̄iano in inferno tenet et cru  
delūsimū. vñ Eirillus in libel  
lo de miraculis sācti hiero. de  
Flam cū omnes anime dāna  
torū in vno cōsistant penaruz  
loco tñ diuersis cruciant pens  
iuxta vicioz qualitates. Lan  
tū siquide differt inter christia  
norū q̄ ibi cruciant et pagano  
ruz penas vt paganoruz crucia  
men respectu eoz qui christia  
ni falsi et peccatores sustinent  
sunt quasi nulla. Quanz om  
nia ineffabilia sunt nec a viuē  
tibus cogitabilia. et dignū est  
naz illi grāciam dei in vacuuz  
recepturū nec voluerunt a pec  
catis corrigi sacris cōtinue vo  
ciferantibus scripturis p̄ nibi  
lo reputauerūt. Mat. x. Re  
missus iudiciū erit terre sodo  
moz in die illa q̄ huic ciuitati  
quē vos nō audierit. Ve ergo  
p̄pter peccatum operis.

## E ue ue ha

bitantib⁹ in terra.  
Apoca. viij. Tu

decimo p̄ triplex. ve pōt intel  
ligi triplex modus peccādi scz  
in deū in proximuz. in seipsuz.  
Ve ergo p̄pter peccatū in deo  
uin. ve p̄pter peccatū in proxi  
mū. ve p̄pter pctm̄ in seipsuz.

## Ve ue p̄pter pec

catum in deum. Debet homo  
deo amorem. honorem. et sub  
iectionē. Unde qñ ab his aut  
aliquo istorum deficit in deuz  
peccat. Primo debz deo amo  
rem. Aug. libro de sp̄itu et  
anima. Miser ego quantū di  
ligere deberez deuz meum qui  
me cum non eram fecit. cuiz p̄  
ieram redemit. non eram et de  
nubilo me fecit. nō lapidez. nō  
arbor em non aliquod de ani  
malibus. sed hoīem me voluit  
esse. dedit viuere. sentire. di  
scernere. reduxit me de exilio.  
redemit me de seruiicio. voca  
uit me nomine suo vt mēoria  
le suum semp esset apud me.  
A christo em̄ christianus vo  
cor. Si quererem a te diligit  
deum ait Grego. tota fiducia  
rñderes diligo. Sz audi quid  
scriptum est ioh. viij. Qui ba  
bet mandata mea et seruat ea  
ille est q̄ diligit me. Idēz ioh.  
in canone. Qui dicit se dilige  
re deum et mandata eius non  
custodit mendax est. mendax



partem habet in stagno arden  
te igne et sulfure apoca. xxi.  
Ideo dicit Bregio. Probatio di  
lectionis exhibitis opis nunquam  
est amor dei ociosus. opat enim  
magna si est. si autem operari res  
nunt amor dei non est. Dilige  
ergo ex toto corde hoc est intē  
tione. ut nullum locum in con  
fessione diuinitatis relinquant  
errori. Ex tota ania. i. volun  
tate ut nichil velis cōtrarium  
ei. Ex tota mente. i. memoria  
ut nil reniſces quo minus  
de deo ſencias. Cōtra amorē  
dei est odium dei. De hoc dicit  
b. tho. ſecunda ſcōde. q. xxxiiij.  
ar. ij. quod est maximū peccatū.  
tali rōe optimuz opponit peſ  
ſimo. vij. ethicorum Sed odi  
um dei opponit deo et dilectiōi  
eius ergo &c. ¶ Secūdo debet  
homo deo honorē. p̄tra hoc fa  
ciunt illi quoz deus v̄ter est ut  
dicit aplūs. Quoz deus seu ido  
lum pecunia est quoz deus vo  
luptas est et generaliter quicūq;  
aliquā creaturaz plus deo di  
ligunt deuz blaſphemant. De  
blaſphemia dicit b. tho. ſecūda  
ſcōde. q. xiiij. ar. iij. q̄ est graui  
ſimū peccatū. Vñ Iſa. xviij. di  
cit dñs Ite angeli veloces ad  
gentes dilacerataz et ad pplm̄  
terribilem. Ubi dicit glo. Ni  
bil horribilius blaſphemia q̄

ponit in celum os ſuum. omne  
peccatū paratū blaſphemie  
leuius est. ¶ Tertio debet ho  
mo deo ſubiectiōnem. Contra  
hoc faciunt omnes qui nolūt  
deo et eius vicarijs ſubici aut  
p̄ſumentes de ſua perfectione  
aut ſuperbiētes de ſua ſciētia.  
diuicijs. potencia tēijs. Tale  
peccatum dicit infidelitas qua  
les ſunt iudei. heretici. gētiles  
et aliqui mali chriſtiani. De in  
fidelitate dicit b. tho. ſcōda ſcōde.  
q. r. ar. iij. q̄ est maximū peccatū  
Vnde dñs. Job. xvi. Si nō  
veniſſez et eis locutus fuiſſem  
peccatū nō haberēt. Nūc autem ex  
cuſatōez de peccatō nō habēt ſc̄z  
infidelitatē. Illa ſunt grauiſſi  
ma q̄ cōdepēdent. q̄ vnū ha  
bet nec alio carere poteſt.

**De p̄pter pecca**  
tum in proximum. Debet ho  
mo proximo ſuo iuſticiaz quā  
do ab hac deſiat peccat in eū.  
Ideo ait dñs math. vij. Que  
cuq; vultis ut faciunt vobis  
hoies facite iſtis. Et ergo il  
le peccat in proximum qui ei  
damnuz corporis et anime in  
fert aut fauet. Ergo homicide  
peccant in proximum eū cor  
poraliter necantes. Ergo rap  
tores peccant in proximum  
euz dānicantes. Ergo furcs

# De Hctō in seipsum

aut quocūq; modo ei damnus aut in corpore in iumentis aut in bladis et quibuscūq; possessionibus inferūt aut inferri pmittunt In animā pximi peccat qui ei malū exm̄ pbz scandali dans ei occasionem ruine. ait dñs mathe. xviij. Qui scādali sauerit vnum ex his pusillis q̄ in me credunt expedit ei vt suspendat̄ mola a sinaria in collo eius et dimergetur in pfundum maris vt homi illi p̄ quē scandalum venit Hiero. Qui scādalisatur paruulus est. maiores em̄ scandala non admittunt. Hugo super mathe. xviij. Est duplex scandalum a ctiūū et passiuū. 2c. In anima pximi peccat q̄ euz ad malū inducit. puer. i. Fili mi si te laetrauerit peccatores ne acquiescas eis si dixerint 2c. In animaz pximi peccat qui ei detrahit talis vt homicida est de pe. dis. i. homicidoz. In aniaz pximi peccat q̄ ei maledicit tales vt ait applus. i. corinth. vi. regnum dei nō possidebūt. In animaz pximi peccat qui odium p̄tra euz corde gerit talis homicida est de peni. dis. i. homicido:ū. In bona pximi et per p̄ns in pximū peccat qui p̄ se aut p̄ suos eū damnificat aut damnificare facit aut pmittit aut non

corrigi t. etiaz qui eū aut menfura aut lib: a aut falsificatiōe quacūq; decipit.

**De ppter peccatū in seipsum** Sibypsi debet quis mundiciam et ordinatio nez sub regine rationis. Ideo quando ab his deficit peccat in seipm. Primo debz sibypsi mūdiciam tā corpis q̄ anime Ideo applus st. i. corinth. vi. Omne peccatū quodcūq; fecerit homo extra corpus est. q̄ aut fornicatur peccat in corp<sup>o</sup> suū scz debilitando et ad mortem distinando. Hiero. loquitur de diuitibus et nobilibz in hoc mundo vt refert eusebius Judos. coreas. bastiludia. e brietates. magna cōmūia. delicata fercula. suis alternatiz exhibent sodalibus. mulieres ad suā voluptatem explendaz sufficiēter habere laborāt Sz vt miseri quid facitis nec agnoscitis corp<sup>o</sup> añ tps destruitis et animā interficitis. Vñ infirmitates et mors tā intempestiua nisi eximia ciboz crapula et copia et frequenti vsu mulierū. deum deludere creditis. certe deluderis vosmetipsos corpus simul cū anime destruitis. Ideo gaudere et iocū damini et letamini in hoc bre

uissimio t̄pis spacio q̄d habe-  
 tis vt post modicū cū diabolo  
 sine fine lugeat̄. Quid faciet̄  
 frequētissime vestimenta pol-  
 lietis ne forte vestra dispareat  
 nobilitas. nec sit qui vos acce-  
 dat vt in ferno verecundiā ac-  
 cipiatis et cōfusionez. vbi cō-  
 tuua. vbi delicata fercula. epu-  
 lamini et inebriamini non em̄  
 post mortē faciet̄. Sed cū di-  
 uite q̄ cottidie epulabat̄ splen-  
 dide in tormentis gehēnalib⁹  
 guttā aque mīnam poprabi-  
 tis nec habere poteritis. Agi-  
 te solacia vestra in luxuria. ex-  
 plete voluptates seminate in  
 corruptōe vt de corruptōe col-  
 ligatis duraz sniaz quā dabit  
 ille iustus iudex in magno iu-  
 dicij die dicēs. Ite maledicti  
 in ignem eternū qui p̄peratus  
 est diabolo et angelis ei⁹. Re-  
 fert vincēt⁹ in speculo histo-  
 riali q̄ cuidam sancto viro ap-  
 paruit anima cuiusdam mor-  
 tui in sp̄e cuiusdā mōstruosi ani-  
 malis. nā aures et cauda erāt  
 asini cetera aut̄ vrsi. Lunqz il-  
 le tetric⁹ fugeret clamauit mō-  
 strum diens. Noli timere ho-  
 mo fui sicut tu es sed quia be-  
 stialiter vixit et in carnalibus  
 vicijs sui immersus. post mor-  
 tem talē sp̄ez tenere merui. Re-  
 quisiuit senex. Rūdit spūs be-

nedict⁹ suz noīe sed maledic-  
 tus re. Requiriuit penā. Rūte  
 spūs vsqz in diē iudicij psqua-  
 lentia loca et fetida p̄trabor a  
 demonibus sed post extremuz  
 iudiciū corp⁹ meū et aīa meā  
 simul irremediabilib⁹ dolorib⁹  
 bus cruciatu sine spe alicuius  
 gaudij suz passur⁹. et cū h̄ dix-  
 isset venerūt aīalia teterrimā  
 q̄si vrsi et cū rapuerūt nec vl-  
 tra apparuit ve ergo ill q̄ pec-  
 cat in seipm. ¶ Scōo debet  
 sibīpsi hō ordinatōez sub re-  
 gine rōis ita q̄ ratio sit dñs z  
 non suauitas. aīa sit dñs non  
 corp⁹. Sz nō est in bonis sal-  
 tez sedus inter hec duo. Quia  
 aplūs d̄t. Caro cōcupiscit ad-  
 uersus sp̄m et spūs aduersus  
 carnes. Caro vult hec epulari  
 gaudere dormire. et vti volup-  
 tatib⁹. ratio aut̄ dissuadz. aliō  
 futurum d̄t esse gaudium zc.  
 Brauēbz anīa sui itineris so-  
 ciū. corp⁹ illō corruptibile se-  
 pe decipit. ymo p̄pter amorē et  
 us volūtairē i malū eū sequit̄  
 Brūs tho. sup̄ illō in f̄mone.  
 Multi sunt vocati pauci ved-  
 ro electi tale refert̄ erm̄. Duo  
 socij quoz vn⁹ erat sapiēs al-  
 ter stult⁹ q̄ p̄ viā p̄ gētes. stult⁹  
 tus voluit ire p̄ viā planam et  
 methadū sed min⁹ securā. ali⁹  
 p̄ laboriosaz et securā. et dū s̄

# De Mō in patrē

piēs assentiret stulto capti mit  
tūt in carcerē. Et dū sapiēs di  
ceret stulto. p te incurrim<sup>9</sup> hoc  
malū qz noluisti mihi p̄sentire  
Rūt stultus ppter te patimur  
qz mihi cōsentire non debuisti  
cuz me stultuz ciuisti. Luz aut  
p̄ntari essent regi iudici data ē  
sn̄a vt ambo morerent qz sa  
piēs stulto assensit et qz stulte<sup>9</sup>  
sapiēti nō credidit. Sic deus  
iust<sup>9</sup> iudicabit cor<sup>9</sup> et aīaz.

## Eue ue ha

bitantibus in terra

Apoca. viij. Duo

decio pōt exponi triplex ve de  
triplici mō peccādi in deū scz  
in patrē in filiū in sp̄m sanctuz  
¶ Ve ergo ppter deum pctm̄ in  
patrem. ve ppter pctm̄ in filiū  
ve ppter pctm̄ in sp̄m sanctuz  
¶ ¶ Ve ppter pctm̄ in patrem.  
Bt̄is tho. scda scde. q. xiiij.  
ar. iij. Idez sup fin sn̄iaz dis.  
xliij. ar. i. d̄t Omne pctm̄ aut  
dimittit p̄ impotētiā aut p̄ ig  
norātiā. aut p̄ maliciā. Si p̄  
impotētiā est pctm̄ in patrē. si  
p̄ ignorātiā est pctm̄ in filiuz.  
si p̄ maliciā ē pctm̄ in spirituz  
sanctū. Patri in diuinis attri  
buit potētia. q̄ ergo peccat ex  
infirmitate nō volens resistere  
tēptatōis rehemēter d̄r in pa  
trē peccare cui poñā attribuit.

et talis hz excusatōez pcti sul  
et remissiōis causaz vel in pre  
vl' in toto Ideo dñs ait Spi  
rit<sup>9</sup> quidē p̄mpt<sup>9</sup> est caro aut  
infirma. Dicit forte aliqs Au  
dio Lū bō tēptat<sup>9</sup> 7 peccat nō  
grauit peccat Dōm nemo tm̄  
tēptat aut tā rehemēter vt  
cogat facere malū. vñ Apl̄s.  
i. ad corinth. x. Fidelis de<sup>9</sup> q̄  
nō paciet vos tēptari sup illd̄  
q̄ potestis sed facit cū tēpta  
tōe p̄uētū vt positus resistere.  
Blo. or. Fidelis de<sup>9</sup>. i. ver<sup>9</sup> in  
p̄missis nō paciet vos tēptari  
cohibens impetū temptatōis  
eo q̄ ip̄e est p̄tector suor̄ elec  
toz vl' cadere nō sinit vl' casu  
erigit dando p̄tutis augmētū  
nā q̄ facit diabolo licētā tēp  
tandi ip̄e dat tēptat̄i suā mise  
ricordiā vel gratiā et p̄stātiā  
ne deficiāt. Permittit aut de<sup>9</sup>  
tēptari hoīez vt p̄bet. vñ Sa  
piens. Vasa figuli p̄bat for  
nar. sic hoīez iustū tribulatio  
tēptatōis vel vt in humilitate  
seruet sicut de apl̄o legitur. ij.  
cor. xij. ne magnitudo reucla  
tōnuz extollat me dat<sup>9</sup> ē mihi  
stimul<sup>9</sup> carnis angelus satha  
ne 2c. Tertio vt talis sit exm̄  
pacie sicut de thobia 7 iob le  
git. vl' vt hoīez ad deū p̄uertī  
cōpellat. Breuo. Mala que  
nos hic p̄mūt ad deū ire con

pellūt. Ut vt hō coronet si vi  
ctor fuit. Jacob. i. Bñs vir q̄  
suffert tēptatōem. Tres facio  
questūculas. Primo q̄re dia  
bolus tēprat. Scōdo quō tēp  
tat. Tercio an semel vict⁹ ab  
hoīe iter accedat ad eū tēptā  
do. Ad pmā d̄t. b. tho. pte. i. q̄  
cxiiij. ar. q̄ triplex ē cā scz ma  
licia supbia inuidia. Valicia.  
Aug. sup Bñe. ad l̄faz d̄t Dia  
bol⁹ oīno de salute sua de spe  
rauit ideo nō timet etiam qd̄  
cūq; malū p̄petrare. Supbia  
sicut boni angeli mīstrant deo  
determinate in salutē hoīz. sic  
demonēs in dānatōem hoīm  
cōtra deū supbiēdo. Aug. sup  
Bñe. Odiū qd̄ cōceperunt in  
suū creatorē adhuc exercēt to  
ta; sic creaturā p̄ posse subij  
cere nitūtur. Inuidia. qz non  
sauenit hoīm salutē q̄ ipsi ami  
serūt. ideo p̄tra hoīes surgunt  
īpos tēptando vt in salute eo  
ruz īpos impediāt. Ad scōdam  
d̄t. b. tho. scōdo sen. dis. xxi. ar.  
i. q̄ diabolus tēptando hoīez  
tenet tres modos. Primo tēp  
tat pulchritudine alliciens cō  
cupinaz Bñe. iij. Vidit muli  
er lignuz q̄ esset pulchrum ꝛc.  
Scōdo p̄mittendo dignitatez  
aut honorē. sic tēprat auaros.  
sic ait eue vbi s̄. Eritis sicut  
dij sciētes bonū et malū. Ter

cio abicit timorē negando pes  
nam eternā qd̄ quidā credunt  
vt eo libere ꝛc peccant. sic ait ad  
euā Nequeꝛ moriemini. sed  
mendax est et pater eius ꝛc.  
Ad tertiam d̄t. b. tho. pte. i. q̄.  
cxiiij. ar. v. Demon quandoꝛ  
recedit a quo supat⁹ est et qū  
q̄ ad eum redit. Dic vt refert  
eusebius ait. Solēt demonēs  
sancij validi⁹ resurgere et mu  
tata arte grauius impugnare.  
Sed nō semp post victoriam  
accedere ausus est. Primo ra  
tōe diuie clemēcie eū phibēs  
exm̄ de porcis q̄s non potue  
rūt in gredi nisi habita licēcia  
Scōdo ratōe supbie diaboli et  
verecūdie. Ambro. sup lucam  
d̄t Diabol⁹ ifestare fo: midat  
eū quē frequēci⁹ resistere ꝛspi  
cit. Tercio rōne humane im  
pōne. vii. i. cori. x. Fidelis de⁹  
q̄ nō pacietur vos tēptari ꝛc.

## De ppter pecca

tum in filioz. Filio in diuinis  
attribuitur sapiencia. q̄ ergo  
peccat ex ignorātia peccat in  
filioz. qz sapia. Et iterū habet  
causam remissionis si penitet.  
vnde heredic⁹ putans se bene  
credere et manēs vsq; in fines  
in sua heresi dāna f̄ eū habet a  
qd̄discere pōt via salutis Sic  
ap̄lus .i. ad ioh. i. se ait primo

# De pctō filiūti

Sui blasphemus ⁊ persecutor ⁊  
misericordiā dei persecutus sum  
q̄ ignorans feci incredulitate  
¶ **N**ic aliqd̄ dōm est de igno-  
rantia q̄ et q̄ nō excusat. Ig-  
norātia est triplex scz bona in  
dñs mala vtz. xxxviiij. dis. q̄  
uis. Ignorantia bona est eoz  
q̄ dāt occasionē peccādi q̄ me-  
lius ē nescire q̄ scire vtz in ca-  
none q̄uis vbi s̄. Bonū est ne  
scire ludere ad taxillos. cor. ei.  
scire. artes phibitas ⁊c. Igno-  
rātia indōns est in his in qui-  
bus nihil interest ad regnū dei  
an sciunt an nesciuntur. xxij. q.  
ij. In quib⁹ Ignorātia mala  
est q̄n ea q̄ dei sunt et nccāria  
ad salutē ignorat. talis igno-  
rans ignorabitur vtz. xxxviiij.  
dis. Qui ea. Talis ignorantia  
est mater cunctoruz erroroz vt  
xxxviiij. dis. Ignorātia. Et ta-  
lis est multiplex Est ignoran-  
tia simplex. vera et nō simula-  
ta. in hac peccantib⁹ est p̄cen-  
dum. xi. q. iij. excellentissimus  
Ignorantia pbabilis q̄ scz p̄-  
bati pōt se ignorasse q̄ excusat  
a tanto sed non a toto qualis  
d̄ q̄ peccare d̄ in filuz. i. q. i.  
Si qui a simoniācis. Aug. in  
liqo questionuz d̄ et hētur in  
canone. Ideo phibet. xxxviiij.  
dis. Nō oīs ignorās immunis  
est a pena. ille ignorās pōt ex-

cusari a pena qui qd̄ disceret  
nō inuenit. Illis at̄ hoc igno-  
sci nō poterit q̄ habētes a quo  
discerent operā nō dederunt.  
Ignorantia crassa siue sup̄ma  
est q̄n factuz omnib⁹ publicū  
ignorat qui neminē excusat si-  
cut iudei de xp̄o et heretici de  
obedientia ecclesie. i. q. iij. s.  
vltimo. idēz. xx. dis. Si decre-  
ta ⁊c. Ignorātia affectata est  
q̄n quis non vult scire cū pōt  
scire. Ps̄. Noluit intelligere vt  
bene ageret. illa nūq̄ excusat  
ymo peccatum aggrauat. De  
hac d̄. s. vltio. xxxij. dis. Ta-  
les sunt quidā qui nolunt au-  
dire correctiōes aut verbū sa-  
lutis. vt eo liberius peccent.  
Ignorantia iurie non excusat  
qd̄ nō tenet scire de iure si con-  
tra facit etiā ignorāter graui-  
ter peccat vtz in canōe Eccle-  
sia. s. Notandū. i. q. iij. Alia  
est facti q̄ excusat. qd̄ eniz fac-  
tū ē te ignorāte nō videns cō-  
sensisse nec es in culpa nisi po-  
stea id approbes aut p̄scias

**T**e p̄pter pecca-  
tū in spiritu sanctū. Spiritui  
sācto attribuit bonitas. q̄ ergo  
peccat ex certa malicia non ex  
ignorantia. nō ex infirmitate  
peccat in spiritū sanctum tal e  
peccatū nō remittit nec in hoc

seculo neq; in futuro. i. nō habet causā remissiōis sicut alia duo pctā scz in patrē et in filiū qz talis nō pōt dicere pce dñe qz igno:āter aut impugnatus grauit peccauit. qz ex pua peccat malicia. vñ de pe. dis. i. §. hec est vbi dicit q; illud pctm̄ neq; hic neq; i futuro remittitur. si q̄s in eo vsq; ad finē p seuerat. qd̄ p̄z ibidē in canōe pōt de pe. dis. i. Btūs tho. scda sc̄ cūde. q. xiiij. ar. ij. et dñs. Hugo in posui sup illud. Eccl. iij. Eoz durū male hēbit in nouis sumo. ponūt sex spēs pcti i spiritū sc̄m̄. ¶ Prima spēs pcti in sp̄m̄ sc̄m̄ est obstinatio. Et ē qñ hō firmiter inheret malo nec misericōdia nec iusticia flectit ad bonū. Est tale pctm̄ mētis induratō faciēs impenitentes quē apphēdit. ¶ Scōz pctm̄ in sp̄m̄ sc̄m̄ dicit p̄sūptio. cū aliq̄s nimis ampliat misericōdiā dei vt iusticiā diminuat dū scz p̄sumit se gloriā sine opib; bonis et meritis p̄p̄rijs adipisci et veniā sine p̄nsa. tales sunt q̄ spēs falsam hnt nec aliqd̄ boni faciunt. Dicit magister. iij. sen. dis. xvi. in p̄ncipio Spes ē certa expectatio future b̄ritudis p̄ueniēs ex dei gracia et ex meritis nostris sine meritis em̄ aliqd̄ sperare nō spes s̄ p̄sūptio

dici pōt q̄ ergo sperat nec opa bona facit p̄sumptōes q̄ ē peccatū in spiritū sc̄m̄ cōmittit. ¶ Tertū ē impugnatio agnitē veritatis scz qñ aliquis veritatez fidei aut alias agnitaz impugnat vt libertus peccet Tales sunt q̄ pctā palliando p̄tutes fingūt. q̄ dicūt supbiā mūdiciā aut stat⁹ sui decētiā. avariciā puidētiā. luxuriā caritatē. dolositate prudētiā. p̄sūptōez spem et p̄similib⁹ ꝛc. Quartū ē inuidētia supnaturalis gracie. cū aliq̄s nō soluz inuidet p̄sone p̄s̄tratis s̄ etiaz gracie eius. aut crescēti inter hoīes ex q̄ orit̄ aliene felicitatis. Sunt aliqui q̄ bona alijs sc̄tā deprauant. ymo pctā dicunt q̄ ipsi talia facere aut nō p̄nt aut p̄ maliciā nolūt ne tales meliores ipsis repurentur. ¶ Quintū ē desperatio in culpa q̄ spem excludit remittētis vel qz talis diffidit de misericōdia dei sicut cayn et iudas vtz ad ro. ij. Nota dis perās habz falsam opiniōez in quatuor. Primo de misericōdia dei qz talis nō credit deū esse infinite misericōdie cōtra q̄s legit. Isa. lix. c. Nō est ab breuiata manus dñi vt saluare neq̄at ꝛc. Ambro. sup illud luce. ij. Zacharias impletus spū sc̄to p̄phetavit dicit.

# De Peccato in Spiritu Sancto.

Vide quod bonum deum et facile in  
dulgens peccatis. non solum ablata  
restituit sed etiam desperata concedit  
nemo ergo diffidat nemo vete-  
rum peccata delictorum desperet non  
uit dominus mutare sententiam si tu non  
ueris emendare delictum. Sumi-  
le de Eschiria rege iuda. Sen-  
cundo desperas habet falsam opi-  
nionem de dei potentia quod non so-  
lus putat deum nolle dimittere sed  
etiam non posse talis errare in illo  
articulo fidei Credo in deum pa-  
trē omnipotentem. Contra tales  
dicitur. ij. parali. vi. Immensa et in-  
uestigabilis est misericordia tua super  
malicias hominum Luce. i. Non erit  
impossibile apud deum omne ver-  
bum. Tertio erat circa sciam deum  
quod talis putat deum nescire mo-  
dum quod saluari possit peccator. Quarto  
miseretur patris filiorum. Quarto habet  
falsam opinionem circa culpam  
suam quod estimat suam maliciam ex-  
cedere dei bonitatem quod infinita  
est Beati. viij. Aut caym maior est  
iniquitas mea quam ut veniam mere-  
ar. Hiero in glo. ibidem Peccata  
peccatis adiciens desperat. quod est illa  
blasphemia in spiritu sancto quod non  
remittit in seculo neque in futu-  
ro quod putat deum aut nolle di-  
mittere aut non posse aut non  
deat saluati a iustis etc. ¶ Sextum  
peccatum in spiritu sancto est finalis im-  
penitentia quod importat finale p-

positum non penitendi. i. iob. v.  
Est peccatum ad mortem non pro illo  
dico ut quis roget Et est peccatum  
mortale quod sit non et fragilitate  
te sed malicia peccatoris versus in-  
finem Aug. huius peccati tanta labe-  
re ut deum despiciendo humilitatem  
subire non potest. ve ergo peccanti-  
bus in spiritu sancto.

## Eue ue ha

bitantibus in terra  
Apo. viij. Tredecim

mo potest exponit triplex ve de  
triplici genere peccati scilicet originalis.  
actualis et obmissione precepti  
ve ergo propter peccatum originale.  
ve propter peccatum actuale. ve pro-  
pter obmissione preceptum. ¶ Ue  
propter peccatum originale quod a pa-  
rentibus trahitur. Aplos ad ro. v.  
Per unum hominem peccatum in hunc  
mundum intravit. Glo. per adam  
a quo propagati sumus peccatum origi-  
nale intravit in hunc mundum.  
Beatus tho. in questionibus disputa-  
tis de malo de peccato veniali ar.  
viij. dicit quod illud peccatum dicitur iniquita-  
tes Peccata Beati quorum remissio  
fuit iniquitates. Ps. i. In peccatis  
cepit me mater mea. Primo  
ideo quod est multiplex peccatum in  
hunc et causa omnium sequentium. Sen-  
cundo quod in eo sunt multiplex  
differencia scilicet superbia in obe-  
dientia gula sicut etc. De bo



pctō dt. b. tho. i. scōe. q. xxvi.  
 ar. i. q. fm fidē catholicā tenē  
 dum est q. pctm̄. pmi hoīs trā  
 sit originaliter sicut a radice ī  
 posteros ppter qd̄ mox nati de  
 ferunt ad baptisma ad abluen  
 duz. Et dicit ibidē in. v. ar. q.  
 illō originale pctm̄ nō intras  
 s̄ ī mūdū p eūā q̄ sensualitati cō  
 pat̄ si adā nō peccasset. Idēz  
 sup. ij. sen. dif. xxxij. ar. i. dicit  
 q. illō originale pctm̄ nō seq̄t  
 aliq̄ pena sensibilis q. nihil ac  
 tualit̄ peccauerūt. s̄ solū caren  
 tia diuine vīshōis q. sermo de  
 originali culpa ē q. p. baptismū  
 delet. De baptismo 7 eius for  
 ma aliqd̄ ad p̄ns dicenduz est  
 ¶ Nota. c. Si q̄s 7. c. Hāo  
 res extra de baptismo 7 ei⁹ ef  
 fectu. Be. tho. sup. iij. sen. cir  
 ca. v. dif. aliq̄s mouet q̄nōes.  
 Prima An nō h̄ns ordinē pos  
 sit bap̄sare. Dicēdū Duo s̄s ī  
 bap̄simate s̄z nēcitas 7 solē  
 nitas. Ea q̄ s̄t de nēcitate nō  
 p̄nt obmitti ea aut̄ q̄ s̄s de solē  
 nitate p̄nt aliq̄n obmitti Sic  
 aq̄ q̄ ē de nēcitate nō p̄t obmit  
 ti S̄z de solēnitate cōsecratio  
 aq̄ q̄ ī casu nēcitat̄s p̄t obmit  
 ti Sic etiā nō h̄ns ordinē sa  
 cerdocij tpe nēcitat̄s p̄t bap̄tī  
 sare. Idē p̄z ī canōe Quod q̄  
